

ad sumptus hominum pertinent consumpsit'. Cod. Carol. ep. 17 p. 79.

c. Jan. — Apr. Spoleti Desiderius rex Albuinum ducem cepit vinctumque secum abduxit. Cod. Carol. l. c.

c. Mart. — Apr. Benevento Liutprandus dux Beneventanus cum Iohanne nutritore suo adpropinquante Desiderio rege Hydruntum aufugit. Cod. Carol. l. c.

Mart. — Mai. Beneventi Desiderius rex Arichisum ducem constituit, cui Adelpergam, filiam suam, in matrimonium dedit. Cod. Carol. l. c.; Chron. Salern. cap. 9, MG. SS. III, 476. (De tempore cf. Oelsner, Pippin p. 444. 320; Hirsch p. 45 n. 2).

Mart. — Mai. Beneventi Desiderius rex cum Georgio legato imperatoris foedus icit. Cod. Carol. l. c.

Jan. — Aug. Apud Brixiam. 'Anno dominicae incarnationis 758. indictione 11. ceptum est monasterio domini Salvatoris locus qui dicitur Leones a gloriosissimus Desiderius rex'. Catal. Brix., SS. Lang. p. 503.

c. Apr. Mai.(?) Romae Desiderius rex cum Paulo papa colloquens, promittit ecclesiae Romanae se Imolam civitatem redditurum et pacem servaturum esse, si obsides suos a Pippino rege recepisset. Cod. Carol. ep. 17. 16, p. 80. 76.

Oct. Luca. Aripandus clericus testamentum facit, quo paene omnes res suas ecclesiis S. Thomae Lucensi, S. Petri et S. Quirici in Oliveto sitis legat, exceptis rebus 'in Contrune' sitis, quas Bandoni fratri evenire vult. Decernit, ne coloni sui plus quam censum consuetum persolvere, 'angarias vel schuphias' facere cogantur. Ex apogr. arch. archiep. Luc. ed. Bertini IV, 1^a, 350; Barsocchini V, 2, 35 no. 56; Troya 723. 293

759. Ind. 12— Spt. 1—13; Desiderii a. 2— Mart. —3.

Jan. Luca. Ilprand clericus promittit Peredeo episcopo (Lucensi), se et filium suum, 'si ipse tonso capite ad episcopo Lucensi deservire voluerit', ecclesiam S. Thomae, cuius presbyter ordinatus est, bene fideliterque recturos esse. 'Regn. Desiderio . . a. regni II, . . ind XII'. Ex apogr. arch. archiep. Luc. ed. Bertini IV, 1^b, 89 no. 50; Barsocchini V, 2, 36 no. 57 addit subscriptiones testium; Troya V no. 725. 294

Jan. In vico Corgite. Raduald de Interracchule donat ecclesiae S. Prosperi omnium rerum suarum dimidiam partem, usufructu sibi et Sunderadae filiae suae reservato. Ex autogr. arch. archiep. Luc. ed. Barsocchini V, 2, 36 no. 58; Troya 726. 295

Jan. — Desiderius rex et Ansa regina donant monasterio SS. Michaelis archangeli et Petri intra civitatem Brixianam ab